MNEMOSYNON

REuerendiſsimi in CHRISTO Patris ac Domini MARTINI BIALOBRESII Epiſcopi Camenecenſis, & Abbatis Claræ Tumbæ, Viri, ſeu doctrinam ſingularem, ſeu acumen iudicij, ſeu pietatem & mores integerrimos ſpectaueris, laudatiſsimi, & literatorum Patroni munifici, è Palatinatu Sandomirienſi Gente HABDANCI.

Ad DEVM Optimum Maximum, ægrotante illo, & cum inuidia belligerante, Precatio.

Martini	Morbis	Miſeratus	Magne	Medere
Aſtripotens,	Atque	Aſsiduè	Auxiliator	Adeſto
Ritè	Reſiſtenti	Rabici	Regna	Regentis
Tetra	Tenebrarum:	Tandem	Tradaſq;	Triumphum
Illæſo	Inſidijs	Inimici	Illius	Iniqui.
Nimirum	Nocuit	Nitenti	Numine	Nunquàm
Vipereum	Virus	Virtuti:	VINcere	Verum (vt
Signat	Stemma)	Solet,	Sapienti	Suſpiciendum

Bella gerit ſemper cum turpi ſplendida virtus
Inuidia, at vindex virtutis proterit illam
ALtas qui ſedes nitidi moderatur Olympi,
OBRutos homines, qui non ſubſiſtere poſſunt,
Et triſti inuidiæ ſuccumbunt: Vipera tanquàm
Serpit humi ſiquidem, & mores non exit in altos,
Illa etiam nobis nocuit nil: fregimus eius
Vim mente excelſa: Noſtra ſtatione proindè
Stabimus immoti Chriſto duce & auſpice Chriſto.



11.102